

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gula y  
cum fonte primo

Numquam poterit ardentis concupiscentie stimulos inhibere,  
quisquis desideria gulae refrenare nequierit.  
Interioris hominis castitas uirtutis huius consumatione discernitur.  
Numquam enim robustioribus emulis colluctari posse confidas eum,  
quem in leuiore conflictu conspexeris ab inferioribus paruisque superari.

Iohannes Cassianus ibidem (de institutis monachorum).

numquam igitur poterit ardentis concupiscentiae stimulos inhibere,  
quisque desideria gulae refrenare non quiuerit.  
interioris hominis castitas uirtutis huius consumatione discernitur.  
numquam enim robustioribus aemulis conluctari posse confides eum,  
quem in leuiori conflictu conspexeris ab infirmioribus paruisque superari.

Iohannes Cassianus, *De institutis coenobiorum*, 5.11.1 (CSEL 17.1,  
M. Petschenig ed., p.89, ll.4-9).